

Silva Evangelica.

III. Erat Iesus eiciens demonium. Consuetudo peccati difficile mobilis, maxime dum possessi a demone exultant malis, & delectantur spinis. ib. Vid. Peccator, & escatum.

IV. Hic homo in potestate demonis trahitur, ut ex penis cognoscatur peccati tormentum: Erat Iesus eiciens demonium. Post expulsiorem demonis patet onus criminis, & molestia iniquitatis ib.

V. Locutus est mutus. Expulit demonem, & homo confessus est crimen. Error confessus absconditur, absconditus aperitur. T. 1. D. 7. T. 4. D. 4.

VI. Locutus est mutus. Quo pacto homo, si demonium erat mutus? Quia homo per labium maledicum convertitur in demonium. T. 1. D. 5. T. 12. D. 1. Vid. Detractor, & iusurro.

VII. Locutus est mutus, & mutus homo maledicus sicut diabolus: & quia dum mutus loquitur vulnerat amplius: & quia vel in obsequio timendus: & denique quia conficit virus ex materia plausus ibid.

VIII. Locutus est mutus. Demonis lingua, labia dolosa. Detractio (ait Bernardus de Mod. ben. vivendi, cap. 17.) tres inficit uno statu. Scilicet, abicentem & audientem. ib.

IX. Demones saepe latent, ubi homines lingua evagant gladium, & erat Iesus eiciens demonium. Petus est detractio, siquidem conversatio maledici non confortium, sed contagium. Diversa erat apud Hebraeos lepra ut constat. Lev. 13. Lepra volatilis, lepra mundissima, lepra candida. Ecce species murmurationis & officia demonis. T. 11. D. 5. a. n. 12.

X. Locutus est mutus. Haud permisit Christus vocem, donec eius in demone. Demonstravit remedium in detractionis contagium. Leprosus (Levitic. 13. a. v. 45.) habebat vestimenta diffusa, caput nudum, os veste conteclum, contaminatum ac sordidum se clauavit. Sicut habitabat extra castra, ib.

XI. In Beliebus principe Demoniorum eiciens demonia. Quam exca invidia! Oculi invidi ne visa plaudant, caligant: lumen respicientes in tenebris ambulat: tenebras vident, lucem ignorant. T. 9. D. 7. Que alijs, portenta invidio vulnera, que mirabilia, tormenta. ibid. & T. 11. D. 5. T. 12. 1.

XII. Filij vestri in quo eiciuntur? A sectione miracula crimina: crimina, insignia portenta, ib. & T. 3. n. 3. T. 9. D. 5. D. 6. n. 5.

XIII. Affumit septem alios. Spiritus secum, nequiores se. Maius periculum, ubi peccator recidit, quam dum incidit. T. 4. D. 5. n. 1. T. 12. D. 7. a. n. 5.

Feria 4. Domini. III. Quadrag.

I. Quare discipuli tui transgrediantur &c. O pondus dignitatum! In Superioribus culpa, vel que aliena; & subditorum commoda, propria vulnera. T. 4. D. 1. n. 13. T. 9. D. 2.

II. Non enim levant manus suas, cum panem manducant. Conflituri in dignitate vel de imperfectione minima notantur: & utique quaque carpuntur. T. 9. D. 7. T. 11. D. 5. T. 12. D. 1.

III. Non enim levant manus suas. Notatur negligentia, non miracula. Hi gravati criminibus, curant de aliorum imperfectionibus. Non quia ita erant, sed quia cogitabant. Ecce detractores, vel verba portantes, circumferunt trahentes, unaque rodentes, & ubique resistentes. T. 12. D. 1.

IV. Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Hi iudices? Hi latrones, & quia rimantes commodum, & retrovertunt contextum legum, & leges rationis ad voluntatis leges. T. 1. D. 3. T. 11. D. 4.

V. Propter traditionem vestram. Lex est quod volunt, ius quod faciunt. Plorable manus iudicum sine intelligentia legum, nec cognitione librorum. ibidem.

VI. Propter traditionem vestram. Lex contra legem est, sed decernitis quod utilis vult. Suspiciola sententia, quam fulmine affectio, & ubi pro lege proponitur voluntatis expositio. ib.

VII. Lex alia dicit, & vos alia facietis in utilitatem propriam, propter traditionem vestram. Latet iniquitas sub religionis pratextu, & crimina abominabilia sub zeli cultu. T. 4. D. 1. D. 2. D. 3.

VIII. Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus celestis, & eradicabitur. Exteriora nihil faciunt ad virtutem, cum sub specie virtutis, propriam queratis utilitatem. ib. T. 6. D. 6. T. 11. D. 3.

Feria 6. Domini. III. Quadrag.

I. Operabat eum transire per Samariam, Eum? Utique. Magna gloria illi peccatoris conversio, & iacentie elevatio. T. 11. D. 2. a. n. 11. T. 12. D. 7. n. 9.

II. Operabat eum, quia ibi ventura mulier: praevenit eum, & quaevis in mulieris conversionem opportunitatem. T. 1. D. 4. n. 13. T. 2. D. 6. n. 12. T. 3. D. 2. n. 10. T. 7. D. 3. a. n. 5. T. 7. D. 1. a. n. 4.

III. Operabat eum. Aptius inaurie compefcuntur gratijs, quam supplicijs. Aptius medicame lara condonatio, & prompta oblivio. T. 4. D. 1. a. n. 14. T. 5. D. 7. n. 3. T. 10. D. 8.

IV. Operabat eum. Cum peccatores stant, proterita auctoritate offensi, sunt trahendi, demulcendi, convertendi, reconciliandi. T. 7. D. 1.

V. Iesus fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Mulier ventura non venerat. Et hoc Dominum fatigat? Utrique. Magis fatigatur a tempore, quam ab itinere. T. 5. D. 5. n. 9. A retentione gratiae, quam a passione. ib. T. 11. D. 2. n. 6. Vid. Gratiae, II.

VI. Fatigatus sedebat. Quomodo quiescit, si ex itinere fatigatus? Nondum venerat mulier. Patitur, si demonstratio amoris impeditur, & patitur, quia non patitur. T. 5. D. 5. a. n. 5.

VII. Propheta es tu. Ex modo correctionis surget peccato conscientia mulieris. Optimus modus ubi correptus correptione fit gratus. Perperus, si dum spina evellitur, magis infigitur. T. 1. D. 10. a. n. 16. T. 3. D. 2. a. n. 7. T. 4. D. 7. n. 15.

VIII. Vni adoratores adorabant. Adoratio exprimit cultum: & non est adoratio per cultum tantum, si deficiat a fide cultu, que fidei opera. Non est dilectio expressione verbi, sed opere & veritate. T. 6. D. 5. T. 11. D. 1.

IX. Et continuo venerunt discipuli. Quare non erant ibi? Peccata citius delentur, cum absconduntur, & apertius absconduntur, cum non videntur. T. 3. D. 1. a. n. 12. T. 11. D. 5. n. 2.

X. Reliquit ergo hydragium suum. Et occasione in lasciviam. Occasio praecipua est. Qui periculum querit, sanè peribit, & ruinam inveniet. Nec leviter haerendum, ubi peccati periculum. T. 4. D. 5. T. 10. D. 1. a. n. 12.

Silva Evangelica.

Domin. 4. Quadrag.

I. Multitudo magna venit ad eum. Hac erat subitus, Christus in monte: & elevat oculos, ut videat egenos: & quia paupertas voluntaria homines tollit a terra, & in mundo degenibus sidera donat. T. 8. D. 1. T. 11. D. 3. n. 4.

II. Vnde enim panes, ut manducet hie? Ecce, prudens regimine contra mundi vanitatem. Ingens malum pompa est. Primò cogitant homines quid emendum verri, post verò unde. T. 10. D. 1.

III. Non ubi, sed vnde enim? Redditur ex occupatione, non ex ociositate: igitur si non est unde, vel miraculum, vel demonium. ib.

IV. Vnde enim panes? Non pisces. Sugillatur hominum lassus, quarentium pisces, quin habeant unde emanent panes. Libra vanitatis fallax: & quia si non unde, vanitas vanissima, & quia plus nocet vanitas fallax, quam veritas. ib.

V. Quinque panes & duo pisces. Haud quinque pisces, & duos panes. In tempore necessitatis ridiculum est, sudere iuperfluis. ib. & T. 6. D. 8. a. n. 9.

VI. Distribuit discumbentibus. Miraculum sic, quin cognoscatur in miraculo modus. Ut clarescat modus inguis charitatis, in modo incognito distributionis: & cum datur in necessitate, & non in ostentationem, & cum ita benefacit, quod vel accipiens ignoret. T. 11. D. 2.

VII. Ex quinque panibus. Eleemosyna census est singularis. Sibi favet qui alteri benefacit: data non prestat, sed commodat. ib. & T. 5. D. 2.

VIII. Ex quinque panibus. Non tam accipientibus, quam dantibus prodest eleemosyna. Datur terra & accipitur coelum: datur pars & accipitur totum. ib. & T. 8. D. 1.

IX. Fugit iterum in montem. Quo tempore primò fugit? Iam reliquerat despectum mundum, & mundi despectum. T. 3. D. 7. n. 16. D. 1. n. 20. T. 8. D. 2. D. 3.

X. Ipsi solus. Evanuit obsequium, quia disparuit commodum. Sese querunt sub larva amicitiae, que tota pendet ab utilitate. T. 6. D. 8. n. 21. T. 7. D. 7. n. 3. T. 8. D. 7. n. 9.

Feria 4. Domini. IV. Quadrag.

I. Praeterea Iesus vidit hominem caecum a natiuitate. O lumina clementia! hominem in crimine vidit, & duxitque vidit hominem. T. 12. D. 8. n. 9. Sequitur fugientem. T. 1. D. 2. n. 29. Erat separet ab homine crimine. T. 1. D. 7. n. 1. D. 10. n. 11.

II. Vidit hominem. Non cognoscit ingratum? Utrique. Ideo faver. Vel quia non videt quod videt. T. 4. D. 10. a. n. 13. Vel quia abscribit ignorantiae operationem malitiae. T. 1. D. 1. n. 27. Vel quia incommoda aliena meditat ut propria. T. 11. D. 3.

III. Quis peccavit? Viderunt discipuli caecitate laborantem, & existimant peccatorem, & quia peccator cecus. T. 11. D. 3. a. n. 8. T. 4. D. 6. n. 18. Et quia infirmitas corporis à langore mentis. T. 4. D. 4. n. 14. T. 11. D. 5. n. 21. D. 10. n. 13.

IV. Neque hic peccavit, neque parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illis. Deus mortificando vivificat, amaritudine purgat, caecitate illuminat, corripiendo committit, dolore faver, atque penis indulget. T. 1. D. 10. T. 4. D. 6. n. 11.

V. Expulit in terram & fecit lutum ex spato. Ex saliva? Non est aqua? Exprimit formam Superioris in Tom. II. T. aut.

regimen. Ex spato aliquid extra projicitur ut superfluum, aliquid glutitur ut necessarium: & ut caeci subdit illuminentur, & suavitare ducuntur, & nec omnia expienda, nec deglutienda omnia. T. 4. D. 1.

VI. Fecit lutum, ut caecus lumen videret, & quia gloria mundi videret a caecis, & quia nulla videret, aperitis oculis. T. 3. D. 7. a. n. 14.

VII. Ex spato. Ut mundum lutum cognosceret, & expueret. ib.

VIII. Vade, lava. Si caecus, quomodo ibit? Securè graditur, si vadit caecus: & quia in obedientia, ignorantia est vera scientia: & quia prelatior sensus eius, cum nullus sensus. T. 3. D. 3. n. 7. T. 5. D. 1. T. 9. D. 1. n. 3. & 4.

IX. Abijt & lavit, & venit videns. Surgere conabatur a caecitate, & statim sanus, factus. Caeci item cognovit, haud diligenter pepercit & percenit ad fontem modo quo potuit. T. 4. D. 4. D. 5. a. n. 14.

X. Abijt & lavit, & venit videns. qui agressus est iter caecus. Crimen est caecitas. Lachryma illuminat. Ha sunt oculorum lotio: & sic caeci cordis illuminationem, dum accedit potentio, & disponitur conversio. T. 7. D. 4. D. 5. D. 6. Vid. Lachryma.

Feria 6. Domini. IV. Quadrag.

I. Erat languor Lazarus. Et ex languore mortuus? Sanè. Ex levi corporis indispotione, quia parvipendit, in phrenesim ac in mortem corrui. Quo videntur in via salutis minima, negligentia sunt maxima, & maioribus maxima: quae levia gravia: & homines moriuntur in infirmitate, qua credunt, non posse mori. T. 2. D. 3. T. 9. D. 8.

II. Ecce quem amas, infirmatur. Cognoscitur amor, ubi dilecto est dolor: tuum enim magis diligit cum non parcat: tuac magis extollit, dum amos precum. T. 1. D. 10. T. 3. D. 2.

III. Ecce quem amas, infirmatur. Non rogant, ut in salutem restituar, sed ut veniat: & quia Dei praesentia medicina, & quia coram illo nulla peccata. T. 12. D. 6. n. 3. D. 7.

IV. Lazarus mortuus est, sed comas ad eum. Claret in Lazaro peccatoris miseria & Domini misericordia. Languit curiositate, & mortuus est infirmitate, & surrexit favore penitentiae. T. 9. D. 8. Vid. Peccatum, & penitentia.

V. Veni & vide. Ad quid? Contempletur peccator quod corrui, unde corrui, quod perdidit, quae vita sequatur, si possit vocari vita. T. 11. D. 2. D. 3. n. 17. T. 4. D. 6. D. 8. a. n. 16. T. 11. D. 4. n. 8.

VI. Veni & vide. Ut ille videat & veniat. Ut revocecur in vitam, qui sine te amisit animam. Ut surgat qui iacet, & respondeat vocationi. T. 12. D. 7.

VII. Lachrymatus est Iesus. Lachrymabile quod ita iacet peccator: & dolet, quod peccatores non doleant, & dolore non poenitent. T. 12. D. 7.

VIII. Lachrymatus est Iesus, ut vidit propter mortem Lazari Magdalenam plorantem. Erant foris infelices lachrymae: etenim ni plorerent rectè, dolendum de dolore, & plorande lachrymae. T. 7. D. 5.

IX. Ecce quomodo amabat eum. Non plaudunt miracula potestatis, sed obsequia amoris: igitur si subditus laquet, langore fato cedit, & negligentia non vivit, aret amoris Superioris vult languidus, vivit mortuus, surgit leprosus. T. 1. D. 3. n. 13. T. 4. D. 7. T. 5. D. 4. n. 15. T. 9. D. 1. n. 13.

X. Lazara vni foras. Quorum ergo nisi foras?

Silva Evangelica.

Introrsus. Saepe dum fugitur occasio, magis apprehenditur. T. 4. D. 3. D. 5. T. 9. D. 8.

XI. Et statim prodit. Illico obediuit, & vel ligatus ut exiret vidit, & recte carce processit. T. 3. D. 3. à p. 7. T. 5. D. 1. T. 9. D. 1. n. 3. & 5.

Domin. V. Quadrage.

I. Qui ex vobis arguit me de peccato? Maculas abstergit, qui non habet: & innocens, ut expellat, peccata reprehendit. T. 3. D. 2. T. 4. D. 2. à n. 21.

II. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Veritatem vocat illorum peccata: & non dicit peccata, sed veritatem; ut criminia ipsi displiceant, & vel increpiti grati à correptione evadant. T. 1. D. 1. n. 23. T. 1. D. 2. n. 17. T. 6. D. 4. m. 2.

III. Si veritatem, Non criminari: vt ipsi soli intelligant, & vel iudicis prudentia respiciant. T. 3. D. 2. à n. 12. T. 11. D. 5. p. 2. n. 2.

IV. Quare non creditis? Non dixit: Quare estis peccatores, ut in odium peccati ducerentur ratione, & nequaquam querebant de iudicis acerbitate. T. 1. D. 2. D. 7. n. 10. D. 10. n. 17. T. 9. D. 2. à n. 9.

V. Qui ex Deo est, verba Dei quidem. Audiunt? Non obediunt, & inobedientes non audiunt: surdi improbi vel audientes, quia surdi sunt. T. 2. D. 5. T. 5. D. 1.

VI. Vos non auditis. Fides comprobatur operibus: quia nuda fides friget anima, & non prodest fides nuda. T. 11. D. 1.

VII. Ego demonium non habeo. Duobus obiectis, unum praetermittit, & alteri respondet. Ut prudentia sit in regimine; & aliquid indulgendum, sed non omne. Aliquando conueniendum, aliquando debellandum. T. 4. D. 1.

Feria 4. Domin. V. Quadrage.

I. Ambulabat Iesus in templo. An aliquis accedere ut praestaret auxilium: & absolveret derelinquentem peccatum. T. 1. D. 7. D. 7. D. 8.

II. Ambulabat Iesus in templo. Ut in homines converteret sacerdotes, qui convertebantur in demones, & malitia & obsecratione, & improbitate. T. 7. D. 3. n. 18. T. 6. D. 3. n. 7. T. 10. D. 5. n. 2. T. 12. D. 1. n. 27.

III. Ambulabat Iesus in templo. Sed illi stabant. Exprevere efficaciam medicaminis, & perstiterunt vel cognitione criminis. T. 1. D. 7.

IV. Ambulabat Iesus. Illos vocans ad se: sed peccatores vel fugient quaeriti: vel eligunt potius mori, quam fieri. T. 1. D. 1. n. 29. T. 1. D. 1.

V. In templo. Ut eius praesentia arcerentur criminis, sed expreta praesentia facta maiora. T. 7. D. 2.

VI. Quousque animam nostram tollis? In corde & corde locuti. Extremum fraudis, nudo pectore. Summa malitia corde loqui & corde fallere. T. 12. D. 1. à n. 8.

Feria 6. Domin. V. Quadrage.

I. Collegunt Pontifices & Pharisei concilium. O grande malum! Iniquitas sub specie religionis. Saepe quae videtur reformatio est virtutum persecutio. T. 1. D. 4. n. 3. T. 4. D. 3.

II. Quid facimus? Haud concilium adducit bonum publicum, sed proprium commodum: & ubi huiusmodi in consiliariis incutus, lex contra legem, & ratio stabilitur contra rationem. T. 11. D. 4.

III. Hic homo multa signa facit. Vel nolentes planant, vel inimici extollunt. T. 9. D. 7. Vid. Elettio.

IV. Hic homo multa signa facit. Crimen causae virtutis nullum crimen. Devotetur morti, qui respondit muneri sub iniquo Praeside. T. 4. D. 8.

V. Expedit ut unus moriatur. Quanta iniquitates sub virtutis velamine! Quanta iniuria privatæ sub larva zeli! T. 4. D. 3. D. 7. n. 1.

Pro Transfusione Virginis.

I. Concilium inquit, sed malignantium, & tunc in Despara recollitur memoria passionis totius dolorum. Apud. Non est vita laxa fama, sed mors viva. T. 12. D. 5.

II. Dicit Matri sua: Mulier. Duplex mors ex circa constantia matris & mulieris. Derelicta & sola est. Sola, quia mulier: & magis sola, quia in solitudine mater. Derelicta & sola. Derelicta ut mater; & magis derelicta, quoniam mater sola mulier. T. 5. D. 6.

III. Duplex mors: quia mulier, & quia mater. Est dolor ex dolore, & dolor ex felicitate: & dicitur Mater, & Mulier, uti afflicta vehementer. Quia mulier, ex dolore amaritudo: quia mater, dolor ex gaudio. ib.

IV. Iuxta crucem, dolores est passa: sed restabat alia crux, quia mater sola. Solitudo communis mortificatio, non interficit: solitudo matris spiritum crucifigit. In cruce transfigitur corpus: iuxta crucem animus: igitur vivens sustinebat solitudinem mortis: ita moriens & vivens: solitudinem matris, ib.

In Dominica Palmaram.

Hosanna filio David. Ingressit ad crucem suscipendam, & offerunt palmam: sibi ipsam dunt, dum homines Christum ingredientem ad passionem extollunt. Ut homo amaritudinem non haberet, sibi sumpsit: & mortem suscepit, ut ab illa homines liberaret. T. 5. D. 3. D. 9.

Feria 5. in Cena Domini.

I. Ante diem festum Pascha & Nunc, Prius & Post in amore Christi exponuntur, ut quae fuerint, quae sint, quae mox ventura notentur. Prius: Ante diem festum. Nunc: Venit hora. Post: Cena facta. Si amor probatur passione, magis tempore. T. 5. D. 3. Vid. Amor. I. IV. Perfectio, Tempus.

II. Cum dilexisset dilexit. Nonnumquam celebratur amor: quia sine causa. Hodie celebris, quia sine effectu. Effectus amoris sunt rationis cognitio, cordis redamatio, & memoriae gratitudo. Christus verò cum dilexisset dilexit: quippe amavit, quin homines amorem cognoscerent, redamarent, & levi gratitudine responderent. T. 1. D. 1.

III. Cum dilexisset dilexit. Amor eius nec poenis arceatur: nec neglectu reprimatur, nec fastidio compescitur: igitur nemo afflictor, nec prociator, nec pertinacior, ib.

IV. Cum dilexisset dilexit: igitur visà hominum ingratitudine: eius pectoris insigne, propter operationem operari: propter amorem diligere: fructum expendere pretiosum, & perdere fructum, ib.

V. Cum dilexisset dilexit. Diligere & favere diligentibus opus iustitiae: diligere & beneficiare in-

gra-

Silva Evangelica.

gratis & persequentibus, opus clementiae. ibid.

VI. Cum dilexisset dilexit. Perit homo, languit, animam egit, culpa sepelevit. Quid amor Christi? Vel ingratum dilexit, & semetipsum pro illo vel in crucem tradidit. Vitam pro vita, pro funibus funera, auram vitalem pro audito mortis, & sepulchrum invenire pro sepulchris; ars fuit amoris, siudium crucis, obsequium dilectionis, fides summae charitatis, T. 5. D. 3.

VII. Cum dilexisset dilexit. Amor est causa amoris. Dilexit cum dilexisset. Amare dum causa est, est amor, sed limitatus: amare sine causa, est amor summus: & amoris Christi in mare datur causa, quoniam causa potissima amoris, quod esset nulla, ibid.

VIII. In finem dilexit eos. Alij. In contentiorem. Litigabant Christus & homo. Amor eius, & hominis ingratus. An ille vinceretur offensis, vel qualiteretur iniquis: & Christus illis remuendis, instabat in litigio amoris virtutis, ut maior esset ipsius erga ingratos pectoris demonstratio, quam illorum turpissima ingratiudo. T. 10. D. 3. à n. 6. Vid. Amor Christi. à II.

In Resurrectione Domini.

I. Orem iam Sole. Nostra claret festivitas, dum in Christo videtur ceruis integritas. Eius resurrectio propter nostram resurrectionem: & unde eius transit festivitas in nostram festivitatem: igitur elevamur ab imis, suscitamur de terrenis, collocamur in excelsis. T. 6. D. 7.

II. Orem iam Sole. Omnia immutantur. Caro, terra, caelum, ibid.

III. Resurrexit in eo mundus, resurrexit in eo caelum, resurrexit in eo terra. Ambrosii. de Fid. Resur. ib. n. 4.

IV. Vita nostra abscondita est cum Christo: & illo surgente vel corporis claret illuminatio, congnata corpori claritas fuiserit: igitur corruptibile factum incorruptibile, & passibile impassibile, ex terreno caeleste. ib. n. 2. Vid. Christus. X.

In Ascensione Domini.

I. Assumptus est in caelum. Et nos simul. Secum est genus humanum & ostendit ascendens patulum caelum. T. 8. D. 7.

II. Assumptus est in caelum. Nova triumphi pompa, quia super caelum terra. Nova pompa, quia hominis gloria & sedes in caelo vita. ib. & T. 6. D. 8. n. 4.

III. Assumptus est in caelum. Gaudium nostrum, quoniam ille assumptus, à quo pendet gaudium hominum. T. 8. D. 7. Vid. Christus. XI.

In Festo Pentecostes.

I. Paraclitus autem &c. Ille vos docebit. Docebit doctus, amore, actione, modo. Vid. Amor.

II. Docebit in schola nova: igitur ignis descendit, & homo ascendit. Hodie ignis descendit in mundum, & spiritus ascendit in caelum. Christof. Sermon Pentecost. T. 10. D. 6.

III. Docebit. Quid? Amoris insigne modum, propriam scilicet immediatam operationem, ac dilectione non unionem, sed unitatem. T. 5. D. 4. T. 10. D. 6. T. 12. D. 4. à n. 6.

IV. Docebit. Quam prona in homines divina charitas! descendit, aut ut vadat, sed ut nobiscum maneat, & in se amore convertat, ib.

V. Sic Deus dilexit mundum, ut filium &c. Quid adventus filij, cum descensu Spiritus Sancti? Egebat homo depositione veteris, & participatione divinitatis.

Tom. II. Cap. 2.

D. Thom. in Epist. ad Tit. 2. 5. Primum per filium, secundum per Spiritum Sanctum. Vid. Amor, Gratia Dei.

In Festo Corporis Christi.

I. Caro mea vere est cibus &c. Quomodo verè? Non cibus accidentia sine propria substantia, ut sine in Eucharistia. Quod manducatur, in manducantem convertitur: si substantia corporis Christi non convertitur in suscipientem; quia lege caro eius erit cibus, & cibus verus? T. 10. D. 6.

II. Vere cibus. Qui datur in escam, in lucem, in medicinam. D. 4.

III. Vere cibus. Formam exponit visibilem, veritatem, & virtutem. Forma visibilis panis & vini. Veritas carnis & sanguinis: Virtus unitatis & charitatis. T. 10. D. 3. D. 4. D. 5. D. 6. & 7.

IV. Ille est panis, qui de caelo descendit. Descendit in escam, in vitam, in medicinam. Fructus arboris huius in cibum: in medicinam folia: in vitam flores, ib.

V. Non sicut manducaverunt patres vestri Manna & mortui sunt. Manducaverunt, sed non comederunt. Nutriuntur, qui cibo exterminant vitam; comedunt, qui carent gratia. Nutriuntur, qui accedunt ut comedant: comedunt, qui accedunt mensis, ut accedant. Nutriuntur, quibus prodest cibus; comedunt, quibus non prodest. Nutriuntur, qui suspirant antequam comedant; comedunt, qui post summptionem suspirant &c. T. 10. D. 2. à n. 4.

VI. Non sicut &c. Contemplanda magnificentia doni, nobilitas dantis, & utilitas accipientis. T. 10. D. 3. D. 4. D. 5. D. 6. D. 7.

VII. Non sicut manducaverunt. Nutritio in alimentum anime fit virtute Sacramenti; & recipientis virtute. T. 5. D. 7. T. 10. D. 2. D. 4.

VIII. Qui manducat me postea vivet, si sic est Proprietate, quomodo ipse? Dicitur ipse qui manducatur, & quod ipse non vivat; quia qui alius iam non alius per panem caelestem, cum non habeat unionem, sed unitatem. T. 10. D. 6.

IX. Iste vivit propter me. O Sacramentum pietatis! O signum unitatis! O vinculum charitatis! Qui vult vivere, habet ubi vivat: habet unde vivat: accedat, incorporetur. Ita Augul. Tract. 26. in Joann. ib.

X. Qui manducat hunc panem, vivet. Datur ad manducandam: quippe homo non habet vitam, nisi panem caelestem comedit. Ad manducandum, & vivendum; quoniam vita & felix vita in huiusmodi escam. T. 10. D. 4.

XI. Qui manducat hunc panem, vivet. Ut vivat, haud ex abrupto accedat. Considerare debet, tam Domini dignationem, quam propriam indignitatem. Epularum scilicet insignem gratiam, sine meritis concessam. T. 10. D. 2.

XII. Fiver. Vita mirabili, ubi sensus sine sensu, actus motus sine motu. T. 3. D. 9. à n. 9.

XIII. Fiver. Si cogitat. Quis ad nos venerit, & quid nobis donaverit? Augul. in Epist. 175. T. 10. D. 4.

XIV. Fiver: si dicit in huiusmodi nova schola, ubi scientia veritatis, sapientia devotionis, & eminentia beatitudinis. à D. 2. usque ad 7. Vid. Latè. Verb. Eucharistia, & in festo 40. Horar.

Domin. Infrat. Corporis Christi.

Misit servum. Quemnam ad magnificam cenam? Ioannem Baptistam: igitur per illum excellentia exprimitur Sacramenti, & illum exponunt prodigia Eucharistiae. T. 8. D. 5.

12

FE

Silva Evangelica.

FESTA IANUARIJ.

In Circumcisione Domini.

Postquam consummari sunt dies octo. Tempus describitur circumcisiōnis & secundum tempus dolor vulneris. Tempus est numerus motus secundum prius & posterius. Passus est in motu Circumcisiōnis Christus, quia non est passus. Prius, quia tarda passiois pena. Posterior, quia levisimo vulnere constitit hora. T. 5. D. 5.

In exilio Virginis.

I. Fuge. Exilium est servitus & servitus animae in Maria, quia exul mater & exul Sponsa. T. 12. D. 8.
II. Puerum & matrem. Exprimat Angelus servitutis originem. Fuit duplex servitus in exilio. Aliam respiciebat exul exilem puerum, gravior, dum mater exul exilem intendebat in filium. ib. n. 10.
III. Fuge. Non Fugite. Matre non est fuga, dum fugit sponsus, sed dira servitus: & quia egreditur cum exule sponso, & quia illius relegationis origo. ib. n. 15.

In Epiphania Domini.

I. Cūm natus esset Iesus: ecce Magi. Gentilitas, ut fieret Sponsa, raris casarum, circumcidit unguens, & deposuit vestem, in qua capta est. Deser. 21. Igitur Magi, Gentilitatis primitia, sine vanitate ab Oriente venerunt: puerum sine errore invenimus; & ut tantum adorerent, adorant. T. 8. D. 6.
II. Ecce Magi. In caelo illo, transiente Domino in Ierico, populus Gentilis obumbratur. Cæcus sedebat, & secus viam mendicans clamabat, ut ad Christum illuminaretur. Synagoga increpabat, ut taceret: Christus iussit adduci ad se. Illuminatus, vidit lucem & Salvatorem: ac confestim videns, secutus est illum, magnificans Deum. ibid.

In festo S. Agnetis.

I. Thesauri absconditi in agro. Absconditum erat uti novum, & martyrii palma, cum virginitatis nota; & quod fidei fierent feminæ testes cum flore candoris. T. 11. D. 8.
II. Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis, columnarum argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum propter filium Ierusalen. Ecce thesaurus absconditus in agro corporis, triumphante Christo per virginem. Expulsi tyranni circumstantes virgines puellas, quas videbat vel ad tormenta columnas, præstante argento candoris, & auro inconcussa fortitudinis, effusa in testimonium purpurei sanguinis: igitur perstabant & præstabant fidei columnæ, quasi corpora debilia ad ictos essent ex ære. T. 4. D. 5. n. 3.

III. Abscondito in agro. Singulare, quod fructus essent in flore ætatis & rumpere amor vincula temporis. T. 11. D. 8.

IV. Nudata, anteorum rutilantium capilorum densitate vestitur, & post in lepanari invenit stolam corpulicula aptam. Zachar. Lipel. in eiv. vita. Veste in mundo ornatur gloriæ, & veste coelesti. T. 11. E. 4. n. 18. & D. 6.

In festo S. Schaffiani.

I. Descendens de monte in arenam atleta insignis. Et quia celsis tormentis vita, non constantia: & quia maior gloria duplici pugna. T. 11. D. 8.
II. Virtus de illo exibat. Persecutio non compressit, sed dilatavit. T. 3. D. 3. Tyrannus coronavit, dum

percutit. T. 11. D. 8. n. 8. & 9. Et pretium sanguinis dum effudit, ostendit. ib.

In festo S. Vincentij.

I. Multum fructum offert. Unde fructus? Purpura insignis, quæ elevata magis fulget, quæ salutaris sale, quæ moritur aqua dulci. T. 11. D. 8.
II. Granum frumenti. Si munus primitiarum frugum, de spicis adhuc virentibus, torrebis igni & confinges. Lev. 2. 14. Ecce sacrificium Vincentij tosti & frachi. ib.

In festo S. Hildephonf.

Vos estis lux mundi. Lux habet virtutem & splendorem & Hildephonfus habuit virtutem, dum defendit Deiparæ illibatum candorem: & splendorem, dum ab illa accepit coelestem vestem. T. 11. D. 6. T. 12. D. 5.

FESTA FEBRUARIJ.

In Purificatione Virginis.

I. Purgationis Mariæ secundum legem. Quæ lex? Lex amoris & non iuris: igitur obedientia perfecta amoris legem experientem cognovit, sed exceptionem humilitas nescit. T. 5. T. 8.
II. Purgationis Mariæ secundum legem. Summæ scilicet dilectionis, & tunc sine lege in lege iuris, & quia cum iure sacrificavit immunitatem legis. ib.
III. Secundum legem voluntatis, sed non Moysis, dum Moyses implevit legem propter amorem: & quia subiecit immuam perionam, & immunitatem, & etiam hanc citra protestationem. ib.

In festo S. Scholasticæ.

I. Clamor factus est. Unde? Ut animæ egrediantur de mundo Sponsi adventu. Et ecce Sponsus venit de caelo, dum Scholasticæ erat in genitricis utero. T. 3. D. 4. D. 5.
II. Narrabo universa mirabilia. In quo universa? In lætitia, in exultatione, in cantu. Lætitia cordis à gratia Exultatio à speciali gratia. Musica, à specialissima gratia. ib.
III. Clamor factus. Habet scientiam vocis. Eius musica in utero genitricis, singularis, coelestis, novata, prodigiola. ib.
IV. Oleum conversationis perit à fratre, quia extinguantur lampades vitæ. Frater tenuit: sed illa vici, quia plus amavit. T. 7. D. 7. n. 12. Vid. T. 4. D. 9. n. 26.

FESTA MARTIJ.

In festo Angelorum Custodum.

I. Angeli eorum. Per hos obineunt à natura frigillæ gratia; præsentia & custodia. T. 6. D. 8.
II. Ducant, regunt, disponunt, instruant, faciunt: contendunt in bello, sed ut coronetur homo. ib.
III. Moneant, erigunt, protegent, dirigunt. Moneat de insidijs: erigunt animum meritis: in incursum protegent: & ad victoriam dirigunt. ib.
IV. Angeli eorum. Semper sunt hominum, eisdem imitant afflictiones in tormentum: igitur percutiunt, ne homines percutiantur: vulnerant, ne vulnerentur. ib. & T. 11. D. 10. T. 3. D. 7.

Silva Evangelica.

In festo S. Iosephi Sponsi Virginis.

I. Hæc autem eo cogitante. Cur cogitat, quæ videt? Ebris erat amore. Non creditur, quod vidit: vidit quod creditur. Reputat oculos ut testes falsos: & fidem amoris ostendit eximia fide. T. 4. D. 10.

II. Fidelis servus (ait Bernard. Homil. 2. Super Missus est.) quem constituit Dominus suæ matris solatium, suæ carni nutritionem, in terris magni consilij coadiutorem fidelissimum. ib.

III. Cūm esset iustus. Mundissimus in virginitate, profundissimus in humilitate (inquit Bernardinus Senensis Sermon. de Ioseph) ardentissimus in charitate, altissimus in contemplatione, sollicitissimus pro omnium salute, ad similitudinem Virginis. ib.

1. Cūm esset iustus. Brevi dicta cuncta. Angelus erat (proferit Idiores de Iohannis 1. part. cap. 10.) moribus societate, intell. etia, officio ac contemplatione. ib. & T. 6. D. 2. D. 3. Vid. plura Maria V. Ioseph.

In festo S. Patris N. Benedicti.

I. Ecce nos. Ecce particula admirationis est: & admiratione dignum, canere in utero matris ibi gratia sanctificata repleti, perfectionem incipere à luthmo, mundum florentem fugere, sepeliri in vita, sapere ignorantia, de se triumphare, vacuum personibus esse, vivere in mundo & non vivere, atque omnium sanctorum perfectione repleti. T. 3. à D. 4. usque ad 12.

II. Ecce nos. Quid? Dicit Bernardus in Sermon. de Bened. Secundum magnitudinem gratia, magnitudine gloriæ exaltatus. Alij habent gratiam postquam nascuntur: & gloriam postquam moriantur: in Benedicto lucet magnitudo gratia, & magnitudo gloriæ. Gratia, quia iustitiam habuit ante natiuitatem. Gloriæ, quoniam vidit divinam essentiam ante mortem. ib. D. 5. & D. 10.

III. Relinquimus omnia. Renunciatio magis quam in despectu, fultis in modo. Magnum est, mundum floridum indicare aridum: maius, calcare visum, sed summum videtur, calcare antequam videatur. ibid. D. 5.

IV. Quid ergo erit nobis? Propter memoriam stationis antiquorum Patrum in deserto, instituta à Deo Tabernaculorum celebratio. Summis (dicitur Levit. 21. 40.) fractus arboris pulcherrima, spatulasque palmam, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente. Quod videtur fasciculum florum, est speculum singularium virtutum: equidem palma victoriam, cedrus sapientiam, myrtus vivam mortem, atque salix perpetuam designat castitatem. In Benedictio cuncta & singularia. ib. D. 7. 8. 9. & 10.

V. Quid ergo erit nobis? Vitam Angelicam gerere in terris. Insignis de Venere triumphus. ib. D. 10. Et inauditus trophæus. T. 6. D. 4.

Alia & alia amplissime, vid. Verbi. Benedictus.

In festo Annunciationis Virginis.

I. Missus est Angelus ad virginem. Ad quid? Ut orbis videret novum hominem, novam matrem, & novam generationem. T. 2. D. 12.

II. Ad virginem: ut Verbum divinum fieret homo. Ni Deus descendisset, homo non ascendisset: ni veniret in terram, homo non ascenderet ad gloriam. T. 5. D. 9. n. 12. T. 10. D. 3. n. 12. T. 12. D. 4. n. 12. D. 7. Vid. Christi. II.

III. Ad virginem. Ut conciperet carne, Verbum divinum, quod iam conciperet mente. T. 8. D. 10.

Unde Virgini matris maestas, & hominum summa felicitas. ib. E. n. 27. D. 11. D. 12.

IV. Invenisti gratiam. Quam ergo? Dei & hominum pacem, moris destructionem & vitæ reparationem. Bern. Homil. 3. sup. Missus est. ib.

V. Ecce ancilla. Humilitate Verbum in caelo quævit, & inde terra. T. 1. 2. D. 3. D. 4. Vid. Maria. VI.

FESTA APRILIS.

In festo S. Francisci de Paula.

I. Nolite timere pusillus grex, quia complavit Patris vestro, dare vobis regnum. Aptè cadunt celsitas & humilitas: igitur hæc quo profundior, altior: quo altior, profundior. T. 12. D. 3.

II. Dare vobis regnum. Plus est humilis, dum cogitat nihil esse: & ignorat esse humilem. ib.

III. Regnum, coeleste fundatum in humilitate. Magnum, dum humilitas fundatur super humilem: summum, dum humilis fundatur super humilitatem. ibid.

In festo S. Marci.

Designavit Dominus. Marcum in insignem purpuram, ut totam Ægypti illustraret terram. Purpura communis illius, si moritur uno idem. Illustrior Marci, pluribus. Illi, si effudit cruorem imperet: Marci guttatem. Illa elevata magis pretiosa: Marci, protracta, atque macerata. T. 1. D. 8.

FESTA MAIJ.

In festo Inventionis S. Crucis.

I. Quomodo possunt hæc fieri? Quæ? Ut inventa ne ligni decur virtus de infirmitate, vita de morte. T. 5. D. 9.

II. Quomodo? Miracula nitent, & iam felix natura humana ligni inventionem. Sub arbore male suscitavi te, ibi corrupta est mater tua: ibi violata est. Magnum spectaculum, igitur ibi Sponsa natura ascendit, unde generit corruit. Ibi affuit delictijs, ubi mater plena malis, ibi speciosa, ubi mater corrupta: denique Sponsam invenit, ubi genitrix fugavit. ib.

III. Exaltari oportet filium hominis. Quare? Crux (ait N. Hrabanus de Cruce. Laud.) peccatorum renisio pietatis exhibitio, maiorum augmentum, infirmorum remedium, lassorum refugium, sanctorum incolumitas, desperantium securitas, infirmorum felicitas. ib.

IV. Occultum erat oculis cognitionis huiusmodi lignum, agris remedium, fœlis subidium, moestis solatium, quo cunctis hominis aboleretur miseris: & quamvis sint singularissima gratia: præ cunctis singulariorum miraculis, micat inventio ligni sacratæ crucis. T. 5. D. 9. Vid. alia in Exaltatione.

FESTA IUNIJ.

In festo S. Iohannis Baptistæ.

I. Posuerunt omnes in corde suo dicentes: Quis putat puer iste erit? Et trahitur in consilium cordis affectio, & intellectus cogitatio: verum Baptista nascens est pluriquam voluta, & excogitata. T. 8. D. 5.

II. Quis? Homo natura, Angelus excellentia, nomine, gratia. T. 6. D. 3. n. 12.

III. Quis? Magnus inter gigantes, & maior cunctis. T. 8. D. 1.

Quis?

Silva Evangelica.

IV. *Quis?* Miraculum mundi, gloria generis humani. *ib.*
 V. *Quis?* Imago vocis: igitur prodigia Eucharistiae exprimit prodigia Praeursoris: & illius prodigia, caelestis panis. *ib.*
 VI. *Quis?* Miraculum: igitur peregrinus in utero matris, & peregrinus homo in communi conditione hominis. *ib.* D. 4. & D. 5.
 VII. *Quis?* Miraculum: cum non haberet similem, & matrem redderet fecunditate sterilem. T. 2. D. 2. *Vid. Ioann. Baptist.*

In festo S. Petri.

I. *Tu es Christus filius Dei vivi.* Adequata definitio: & quia cognovit quod supra humanum acumen, & quia cognovit per revelationem. T. 3. D. 8. à n. 8. T. 8. D. 4. à n. 4.
 II. *Tu es Petrus.* Constat Christus honori & dignitati Petri, dum Petrus Christi. T. 9. D. 6. n. 10. T. 11. D. 6. T. 12. D. 5.

In festo S. Pauli.

I. *In testimonium:* & singulari sanctitatis: quippe Paulus antequam baptizaretur, habuit gratiam. T. 3. D. 4. n. 13. Et antequam moreretur, vidit gloriam. D. 31. n. 7.
 II. *In testimonium:* sciendi, amoris. Ut Paulus viveret vita Christi, & Christus viveret vita Pauli. T. 10. D. 6. T. 12. D. 4.
 III. *In testimonium:* & amoris Pauli & Christi. Christi, quia faciebat quicquid Paulus optabat. *ibid.* Pauli, quia ad Christum omnium corda convertit. *ib.* n. 11. & T. 4. D. 9. n. 38.

IV. *In testimonium:* perfectionis hominum, ac in exemplum: etenim homo, plusquam homo, & eius terrea, quasi caelestis caro. T. 6. D. 3. D. 4.

FESTA IULII

In Visitatione Virginis.

I. *Et auditus &c.* Vidit Solem Ioannes, antequam lucem: & exultat ibi radijs, ubi alij iacent in tenebris. T. 1. D. 4.
 II. *Exultavit in gaudio infans in utero.* Gaudium ex gratia: & singulari, quod exultaret infans, quod exultaret in gaudio: & exultaret in utero. Prima gratia (ex qua letitia, & in utero) miraculum. Abundantia gratiae ex qua exultatio, maius portentum. Exultatio in vocem, summum prodigium. D. 5.

In Translatione S. P. N. Benedicti.

I. *Ecce nos reliquimus. Quid ergo erit nobis?* Quid despectum, cum osium translatione? Quoniam in osium translatione vita fuit singularis renuntiatio Patriarchae. Renunciavit vitae, quam habebat morte: & habuit vitam in morte, hac renunciatione vitae. T. 8. D. 3.
 II. *Vitam possidit.* Et in morte? Gloriosa vita est. Vita mortuorum sepulchrum: & videtur quid gloriae atulerit, renunciare huiusmodi vitae: & quae vita data pro gloria renunciatione. *ib.* n. 8.
 III. *Sol Occidentis est.* Sol omnia lustrat, omnia vivificat. *ib.*

In festo Virginis de Monte Carmelo.

Beatus venter. Mater plauditur & iure hoc titulo modo extollitur. Sinum pectoris aperit, ut de pleni-

tudine eius accipiant universi: capivus redemptionem, ager medicamen, desperans salutem, tristis consolationem, peccator veniam & gratiam, insulsus gloriam. T. 3. D. 11. *Vid. Patrocinium. & Maria. XII.*

In festo S. Mariae Magdalene.

I. *Lachrymis capis.* O lachrymarum felicitas, pretiositas & voluptas! Pretium, quia lachryma margaritae. Felicitas, quia inventus Deus. Voluptas, quia lectu vidus & vincit. T. 7. D. 4. D. 5.
 II. *Lachrymis capis.* Claret veritas, utilitas & lachrymarum pretiositas. Veritas, quoniam vera lachryma sunt, quae plorant absentiam Dei. Utilitas, quippe tantum prodest fletus, si floriatur Deus amissus. Pretiositas, quia dumtaxat his lachrymis animae redimantur à servitute demonis. *ib.*
 III. *Vi cognovit.* Mariae sacrificium transit in holocaustum. *Inso Christi pedes sacrarum & altare constituit, in quibus libavit fletu, litavit sanguine, sacrificavit affectu.* Paulin. *Epist.* 4. *ib.*
 IV. *Vides hanc mulierem?* Alia est quam vides. *Eadem si tam in eadem:* ait Bernard. *Serm. de Magd. n. 3.* Ipsa & non ipsa: hæc & alia. T. 1. D. 7.
 V. *Vides hanc mulierem?* Quomodo hæc illa, si doloris plena, timoris impatiens, conspersionis laculo vulnerata? Bern. *ib.* n. 7. T. 1. D. 7. D. 4. D. 6. D. 7.
 VI. *Remittuntur tibi peccata.* O Deus! Quam pius quarentibus! Quam bonus inventivibus! *Sine ulla introitu conunguntur & lachryma peccatricis, & misericordia Salvatoris.* Bern. *ib.* n. 4. *ib.*

In festo S. Jacobi Maioris.

I. *Dic ut sedeam.* Tunc triumphavit Iacobus, cum calicem passionis bibit. T. 3. D. 3. T. 11. D. 8. Sanguine rebelles convertit. *ib.* Et morte gloriosa ad Dominum traxit. T. 11. D. 7.
 II. *Dic ut sedeam.* Idem illi pati, ac in throno maiestatis sedere: etenim gloria eius pro Christo sanguinem fundere. *ib.* Hominem in reconciliationem Deitatis querere. T. 7. D. 1. Et gloriam coeli illis passione aperire. T. 11. D. 7.

In festo S. Annae.

I. *Thesaurum abscondito in agro.* Agrum fecundum reddidit focus sterilem: & agnitus fuit pretiosus pro focus thesauri nobilitatem. T. 2. D. 2. T. 3. D. 5. n. 6. T. 6. D. 5.
 II. *Qui invenit, gaudet.* Nonne in templum filiam misit? Dum obtulit, retinuit: & dum Deo sacravit, habuit. T. 5. D. 2.

In festo S. Ignatii de Loyola.

I. *Designavit Dominus & alios.* Insignes fecit electione, & ostendit per quae ingresses: etenim ubi in pectore viget vehemens amoris flamma, cuncta ingenia: & propter zelum animarum, & propter zelum ad maiorem gloriam Dei. T. 4. D. 9.
 II. *Designavit Dominus.* Ignatium, ut ignem mitteret in terram cordium. Ignis amoris eius insatiabilis est. Numquam dicit, Sufficit. Quo magis cor eius Christum diligit, plus diligere cupit. Cum plures animas acquirit, altarum fatigit. *ib.*
 III. *Designavit Dominus.* Ignatium in philtrem cordium, ut ad eum duceret homines, & cum viderent

Silva Evangelica.

rent per tribulationes gloriam caelestem in Ignatii pectore. T. 3. D. 3. Et Deum amore habitare in corde Ignatii. T. 12. D. 4.

FESTA AUGUSTI

In festo S. Dominici.

I. *Perfessis lux mundi,* & nova, equidem vel ab uero illuminavit orbem, virtute, portentis, prædicatione. T. 2. D. 2. D. 10. n. 3. T. 3. D. 5. D. 6. T. 8. D. 4. T. 12. D. 5.
 II. *Lux mundi,* quia per puritatem vel homo caelestis, vel Angelus mortalis. T. 6. D. 3.
 III. *Lux mundi:* quia non tam notus splendore originis, quam origine splendoris. D. 5. Non tam claritate scientiae, quam scientia claritatis. T. 3. D. 11. Non tam sicca, quam fletus intuitu. T. 7. D. 6. D. 7.

In Transfiguratione Domini.

I. *Resplenduit facies eius sicut Sol.* Illuxit nobis dies redemptionis novae, reparationis antiquae, felicitatis æternæ pro gloriam corporis Christi, quæ videnda in nostro corpore. T. 5. D. 7. D. 9. num. 21. T. 8. D. 7.
 II. *Resplenduit facies eius sicut Sol.* Corpore donato gloria, ut clarescit, quomodo etiam nostra glorificanda natura, reformando corpus humilitatis nostrae, configurandum corpori claritatis suae: etenim corpora erunt alterius gloriæ, & eiusdem naturæ: quoniam eadem per naturam, erunt altera per gloriam. Eiusdem naturæ, conditione carnis alterius verò, sine corruptione conditionis. T. 6. D. 7.

In festo S. Laurentij.

I. *Si autem mortuum fuerit, multum fructum offert.* Fructum, & multum in victoria ostensionem. *Lactarium suorum diffusione extinxit ignem.* August. *Serm.* 70. *de Sanctis.* Obtinuit triumphum, quia mutavit incendium. Deus erat in pectore: & corpus non sensit ignem: quia pectus ignem fovebat amorem. T. 3. D. 10. T. 6. D. 4.
 II. *Mortuum, multum fructum offert.* Vel cadendo vitæ, triumphat constantia. Dum penis moritur, quicquid mortale ab illo detrahitur: & sanguis plus rutilat in vulneribus corporis, quam in venis. T. 11. D. 8.
 III. *Honorificabit eum Pater meus:* & quia in medio ignis ridebat cruciamina: & quia in maiori pena eius rutilabat gloria. T. 3. D. 3. T. 11. D. 8.
 IV. *Honorificabit:* & summè. Vulnera erant beatitudinis signa: & dum non virtus, sed vita deficiebat: & dum habebat fortitudo, deficientibus tormentis & non vita. *ib.*

In Assumptione Virginis.

I. *Intraivit Iesus in quoddam castellum.* Haud coelum venit ad Virginem, sed virgo vadit in coelum: & introitus describitur Salvatoris in castellum sacri pectoris, quia Maria complementum beatitudinis, gloria filij, & gloria Dei. T. 8. D. 8.
 II. *Optimam partem elegit:* quia optimam habuit: igitur dum assumptum in coelum, resulset coelum cœli, & coelum novum. *ib.*
 III. *Optimam partem elegit.* Ad gaudia cœlestium nata: ubi assumpta auxilium pacis terræ, honorque Poli. *ib.* 2. *Vid. alia n. 3.*

In festo S. Bernardi.

I. *Vos estis lux mundi.* Ecce plusquam Salomō hic. Hic & inter fagos, & quercus? Hic. Qui dicit, & docuit, scire mori, ante mortem mori, & morte vivere. T. 3. D. 7. D. 8. D. 9.
 II. *Hic magnus vocabitur in regno caelorum.* Quare magnus? Quoniam mundi sapientiam ostendit stultitiam, dignitates somnium, divitias lutum. *ib.*
 III. *Magnus vocabitur.* Satiabatur à vulnere, & ab ubere. A vulnere Salvatoris: ab ubere genitricis. A cruore, à lacte, candidus & rubicundus, in quo vita caelestis, sensus sine sensu, atque motus sine motu. T. 2. D. 1. n. 15. T. 3. D. 9. à n. 10. T. 6. D. 3. T. 10. D. 6. T. 12. D. 4.

In festo S. Bartholomaei.

I. *Elegit Christus Bartholomaeum,* ut homines ad coelum duceret: & quia velum coelo expansum Gentilibus rederavit: & quia pro illorum conversione totum sanguinem fudit, & denique quia amor nullam corporis partem sine vulnere ostendit. T. 11. D. 7.
 II. *Elegit Bartholomaeum:* quia eius pelle detracta Indiam convertit: & dum pellem exiit, immortalitatem induit. *ib.*
 III. *Elegit Bartholomaeum* in Ecclesiae firmamentum, ut pugna, victoria, & triumphus nobilitat, doceret multos uti splendor firmamenti. Per pellem firmabant Aegyptij bellicos apparatus, mortem, & charitatem vehementem. Bartholomaeus nactus est cuncta, pelle ob Christi fidem detracta. *ib.*

In festo S. Augustini.

I. *Lux mundi.* Qui abyssus peccatorum? Ille lac lachrymarum non ille: ipse & alius. T. 1. D. 7.
 II. *Lux mundi.* Ut doceret, amore in Deum, Quis ex quo. O amor! Omnia ligata tu solvis. Omnia soluta tu referas. Omnia adversa tu mitigas. Omnia contrita tu sanas. Omnia confusa tu lucidas. O amor! Contritum solidas, tristem exilaras, vitam amissam revocas, statum restituras, honorem revocas. *ib.*
 III. *Lux mundi,* ut videant homines, quomodo ab illis querendus Deus. Non tua fed te: dicebat Augustinus. T. 9. D. 1. n. 7. Non querere consolationes Dei, sed Deum consolationum. Totum cor tradidit illi, & illum possedit in toto corde. T. 12. D. 4.
 IV. *Novum te, novum me.* Ecce sapientia, & perfectionis schola. T. 1. D. 8. n. 13. T. 6. D. 8. n. 19. T. 8. D. 6. n. 6. T. 9. D. 1. n. 8. D. 2. n. 5. T. 11. E. à n. 26.

FESTA SEPTEMBRIS.

In Nativitate Virginis.

I. *De qua natus est Iesus.* Quid ultra nata? Dux magis cognoscitur magis peccator. Est nobis ultra voluta, & ultra cogitata. T. 8. D. 4.
 II. *Peregrina natus:* matrem fecundavit, & infecundam reddidit, ut illam pariter peperit. T. 2. D. 2.
 III. *Apparuit in mundo arbor magna & fortis,* proceritas eius contingens caelum: aspectus illius usque ad terminos universae terrae, & fructus eius vitibus. Daniel. 4. 8. *Vid. Maria.*

In Exaltatione S. Crucis.

I. *Operet exaltari.* Quare? Dicit Augustin. *Serm.* in Pa-

Silva Evangelica.

Parasit. Crux fixa est, & demones dispersi sunt. Crux fixa est & mors subversa est. Hodie crux vicia, & mors vicia est. Hodie diaboli vicia, homo salutaris, & Deus glorificatur. T. 5. D. 3. D. 9.

II. Sicut Moyses &c. Sanari antidoto, est vulgaris medicatio. Toxicum conficiendum in toxicum, & in salutem venenum. Ita exaltavit serpentem Moyses, & ita exaltatio filij hominis in ligno crucis: igitur si in ligno perdidit homo salutem, in ipso recipiet vulneris sanitatem. ib.

III. Miracula singularia videnda. E necesse necis, & morte motis mortis, vita ex morte, salus ex vulnere. ib.

IV. Oportet. Equidem, inquit in Psalm. 4. v. 6. N. Calsiodorus: Crux humilium tuitio, superborum delectio, victoria Christi, perditio diaboli, inferorum destructio, calistium confirmatio, mors infidelium, vita iustorum, arbor resurrectionis, lignum vite eterne. ib.

In festo S. Matthaei.

Vidit hominem sedentem. Amor offendit Christi, & excellentia Matthaei. Christi ut illum quaereret. T. 7. D. 1. Peccatorum hominem cogitare. T. 11. D. 6. n. 9. Matthaei ut statim responderet. T. 3. D. 5. n. 2. Et omnia relinqueret. T. 8. D. 2. n. 10.

FESTA OCTOBRIS.

In festo S. Francisci.

I. Abscondisti a sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Quae si revelata parvulis & stultis, erant sapientes. Et revelata sunt Francisci, quae ignota mundo, & quippe mundi sapientiam iudicavit stultitiam & stultitiam sapientiam. T. 3. D. 8.

II. Revelavit abscondita. Esse sollicitus in caelo, & esse in mundo, esse in carne & extra carnem esse extra se & esse secum. T. 3. D. 7. D. 8. T. 5. D. 3.

III. Revelata sunt abscondita: & quia vivebat mortuus. T. 3. D. 9. Et quia obediebat caeco. T. 5. D. 1. Et quia humiliabatur sublimis. T. 11. D. 3. Et quia nunquam satur perfectionis. T. 4. D. 9.

IV. Omnia mihi tradidit. Nihil habet, & habet omnia. T. 8. D. 1. Omnia dat, & habet cuncta. T. 5. D. 2.

V. Omnia mihi. O Domine! dicebat: Qui tu? Qui ego? Tu abyssus sapientiae, & cunctis, & omnisque boni. Ego abyssus insipientiae, & mihi, peccatorum, & omnisque mali. Haec insignis sui cognitio, se non cognoscere: esse humilem, & nescire. T. 11. D. 3.

In festo S. Terebiae.

I. Exierunt obviam Sponso, & Terebiae cunctae virgines, ut adducerent regi virgines post eam. T. 4. D. 9. n. 26. Quaedam incipiunt: quaedam proficiunt: aliae consummantur. Incipientes ambulantes: proficientes currunt: perfectae volant: & Terebia Cherub humanus, cum stantibus istis, & cum currentibus istis, cum elevatis a terra per contemplantionis alas, afflucit pennas. ib.

II. Exiit obviam. Interit. Occurrit in aera. Quod alijs Sponsis profectus, sunt Terebiae volatus. Semper perit altiora: semper ultra, & ultra altiora. ib. Vid. supra. Verb. Terebiae.

FESTA NOVEMBRIS.

In festo Omnium Sanctorum.

I. Beati estis. Quomodo beati, si modo praesentia Modò est gloria in pectore, quae in caelo futura: & habetur quae speratur. T. 3. D. 3.

II. Beati estis. Et in poena & in tormentis, & in cruciamine, & in morte. Modò: Utique, vitam virtus ministrat in morte, & laetor gloria sub contraria aliena specie. T. 3. D. 2. D. 3.

Pro Commemoratione Defunctorum. Vid. Amicus.

Pro Patrocinio Virginis Matris.

I. Beatorum ventis &c. Mater plauditur: & praeconium summum, quòd sit mater non filiorum. Quare peccatores, & fugientes a palatio, & suos ex lupis agnos efficit. T. 2. D. 11.

II. Mater exollitur, & magna mater: igitur recipit quos nemo recipit, amplectitur quos nemo fovet, uti refugium peccatorum & hospitium ib.

III. Mater, ut hominibus faveret, & filium offendat. Placent illi hominum commotio, & quae non habet humanam naturam haud arbitrate ut gaudia. T. 2. D. 9.

IV. Mater nostra & pro nobis sollicita. Nihil negatur a filio Virgini-Matri: vel cum repellitur, exauditur. Oportet quod non petere, nequaquam oportet. T. 12. D. 4. n. 18. Vid. Maria. XII. & XIII.

In festo S. Martini.

I. Vt qui ingrediuntur lumen videant. Quid visum in Martino? Modum quo hominum, ex pessimis in perfectos viros, sit conversio: igitur effectus eius charitatis fuit inimicorum conversio. Insignis generis virtus, favere ingratis, prodesse nocuis. T. 1. D. 1. T. 5. D. 3. n. 12. T. 1. D. 4. n. 6.

II. Vt qui ingrediuntur lumen videant. Si amor probatur morte: charitas Martini magis fuit, quia passio pro dilecto impedita & mors suspensa. T. 5. D. 5.

III. Pallium dividit. Nulla maior gloria ad chronum, quam velle propria cooperire nudum. Summa charitas, quae magis donat, quam sibi servat. T. 11. D. 2.

In festo SS. Ordinis Benedictini.

I. Ecce reliquimus omnia. Illis gloria mundi falsa, vana, nulla. T. 2. D. 7.

II. Quomodo reliquerunt omnia, si in mundo erant? Sine estimatione non est mundus in mundo sane perit, ubi mundo perit homo: & nihil habet relinquendum in mundo. T. 3. D. 7. T. 8. D. 11.

III. Secuti sumus te. In quo ergo? Quis Christus fecit poenitentiam, dolores sustinuit, lachrymas emisit, sed non pro se. Huiusmodi poenitentia est heroica, preciosa, gloriosa. T. 2. D. 3. T. 7. D. 7. Huiusmodi lachrymae scientiae, dulces, felices. ib.

IV. Amor dum peccata lachrymatur, habet quidam verum non cognoscit cur. Habet quidam, quia plorat culpam. Non cur, lachrymando alienam. Illud est iustitiae satisfactio: hoc amoris beatitudo. Illud amaritudo dulcoris: hoc dulcedo amaritudinis. ibid. Vid. alia. Verb. Monachus, Perfectio, Poenitentia, Lachryma.

V. Quid ergo erit nobis? Vel in hac miseria vite specimina gloriae. Novi homines: nova vita, & per illos novus mundus. Novum, esse in carne & in carne non

Silva Evangelica.

non esse. Novum, si ex carne corruptio, quòd floreat sine corruptione caro. Novum, si protulit mortales, quòd videat mendos coelestes. T. 6. D. 3.

VI. Tres sunt species lachrymarum (inquit Bonav. super illud: Exiit aquarum. Psal. 118.) amara, calida, dulcis. Amara, cum per se effunditur. Calida, cum pro alijs emittitur. Dulcis, cum pro desiderio regni caelestis statuitur. T. 4. D. 9. T. 7. D. 7.

In festo S. Gertrudis.

I. Sponso & Sponse. Virgines Sponsae. Gertrudis virgo: sed eius virginitas foecunda fuit. Concepit sponsum & habuit ubi concepit. T. 2. D. 3.

II. Sponso. Aptè reliquit matrem propter Sponsam Gertrudem. Cor eius magnae Deitatis, thronus Dilecti, quem rapuit, & sagittis amoris percussit. ib. T. 8. D. 4. n. 9. T. 11. D. 4.

III. Sponse. Singularis iure dicitur. Primò aspectu cor Sponsi rapuit: cognovit, ubi oculos primò aperuit: imò prius quam aperiret. T. 2. D. 4.

IV. Singularis est Sponsa. Vivit vita Christi, cor de Dilecti, quem habet in corde. ib. & T. 3. D. 3. n. 2. T. 6. D. 3.

V. Singularis Sponsa. Quicquid petit obtinet. Non petit, sed exigit. Facit Sponsus quicquid illa vult. Vel dum repellitur, exauditur. T. 12. D. 4. Vid. plura. Verb. Gertrudis.

In Praesentatione Virginis.

I. Beatorum ventis. Mater dicitur ad templum. Ecce potissima gratia & gloria singularis Mariae: scilicet, quòd sit mater sine fructu, & sine tempore. T. 2. D. 10.

II. Mater ad templum. Concepit ut Sponsa quem conceptura ut mater. D. 3. Concepit Christum ad similitudinem conceptionis mentis: & ventre sacravit, quam virginitatem in animo non amisit. T. 2. D. 10. Vid. Maria. IV.

In festo S. Catharinae.

I. Sponso & Sponse. Sponsum sequitur Catharina. Ille candidus & rubicundus. Candidus virginitate, rubicundus passione. Catharina purpurea sacravit candorem, candore sanguinem. T. 3. D. 10. T. 11. D. 8.

II. Dux dilectus caelestis reges super eam: nive dealbatur: id est, dum Dux proferretur reges: tyrannos in ea. Genebrad. hic. Quod factum in Selson, claruit in Alexandria, triumpho Catharinae, & quia vult purpurea lilia virginitatis. T. 3. D. 10. n. 11. T. 11. D. 8. n. 15. Et quia sanguis visus cum excellentia & novitate candoris. ib.

In Desponsatione Virginis.

I. Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph. Coeleste prorsum coniugium! Virginitas horum felicior Angelica: & quia non habuerunt corpus carnis in carne corporis: & quia carnem habuerunt sine conditione carnis. T. 6. D. 2.

II. Novus honor in hoc coniugio. Vivebant in terra, sicut Angeli in gloria. Sponsi erant, quasi non essent Sponsi. Duo & non duo. Iuncti, non nexi. ib. & D. 3.

III. Nuptiarum bonum in bis parentibus Christi impletum est (ait August.) proles, fides, sacramentum. Prolem cognoscimus ipsam Dominum: fides, quia nullum adulterium: sacramentum, quia nullum divorcium. D. 2.

IV. O felicem ditatem in unitate indivisibilis

coniunctionis animarum! Maria & Ioseph anima individa est, una plures, alia ipsa. ib.

V. Christi generatio sic erat. Totus matris, totus in matre, totus a matre. ib. & T. 2. D. 12.

FESTA DECEMBRIS.

In festo S. Francisci Xaverii.

I. Ite in universum mundum, ut ad me trahatis universum. Plenitudine amoris complectitur omnia Franciscus. Ad instar ignis non dicit: Sufficit. Volabat & quiescebat. Stabat & volabat. Stabat: & quiescebat, motu acquires, quòd erat ultra: & volabat, quoniam nonnumquam volebat ampliora. T. 2. D. 8. T. 4. D. 10.

II. Ite in universum mundum. Delicatus ille (ait Hugo Victor. lib. 3. Diad. Erud. cap. 20.) cui patria dulcis est: fortis autem, cui omne solum patria est. Perfectus verò, cui totus mundus exilium est. ib.

III. Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Potus fuit à diabolo imaginaria Venere; & restitit vel in formis usque ad sanguinem. Singularis pugna: magis victoria; singularissima & victoria trophaea. Pugna, quippe sensus vividior, sed sine sensu: victoria, quia vicit languine: trophaea, quia Venus in aeternum vitata. T. 3. D. 10. T. 6. D. 4.

In festo Conceptionis Virginis.

I. De qua natus est Iesus. Singularis debebat esse, quae mater futura Christi. A primo animationis instanti consecuta vix gratiam mirabili prodigio tam ex parte gratiae, quam naturae. T. 6. D. 1.

II. Quae est in qua ascendit à deserto deliciae affluens &c. Maria est. Ibi ascendit, ubi genitrix natura nonnumquam corruit. Ibi affluit gratia deliciae, ubi mater plena malis. Ibi speciosa, ubi mater corrupta. ib. Vid. alia. Verb. Maria. I. & II.

In festo Expectationis Virginis.

I. Paries filium. Si habet, unde & quorsum desiderium? Filium quaerit ut tradat homini: & quia sua arbitratu hominis gaudia, & quia propria, ni hominis, non arbitratu ut sua. T. 2. D. 9.

II. Pro virginitate Despair instituta huiusmodi festivitas. Hodie celebramus secundam virginitatem: ait Eugen. III. Archiep. Tolentan. Grande miraculum, nonnumquam visum. In illa locent opposita. Fuit puerpera, & non fuit puerpera. Vid. Maria. VIII.

III. Optimam partem elegit sibi Maria. Quid bonum, quid melius, ut cognoscamus optimum? Foecimam esse matrem, exprimit bonitatem: amplioverò esse virginem: ceterum matris virginis testimonium, optimum maximum. T. 2. D. 12.

In Perovilio Nativitatis Domini.

I. Custos quid de nocte? Venit manet. Si manet micat, propè Sol. Per Solis iustitiam orum, nanciscitur natura captivitatibus interitum, & nascente Christo, renascetur homo. T. 5. D. 7.

II. Quid de nocte? Nox sicut dies illuminabitur. Quomodo nox? Peccatorum vel lux solis non est lux: imò claritas umbra; & felicitas calamitas. ib.

III. Veniens venies. Quis aliter? Utique. Veniens venies, si cor non habet causam, cur infans ploret: & non venies, cum veneris, quarens hospitium: quia anima adveniens & pullat pracludit ostium. ibid.

Silva Evangelica.

IV. *Veniens venit. Si consideretur, quis venit, & quid donat, & cui praestat. ib. Vid. Christus. III.*

In Nativitate Domini.

Virtum caro factum est. Illuxit nobis dies redemptionis novae, reparationis antiquae, felicitatis aeternae. Redemptionis, quia Deus in mundo: reparationis, quippe novus homo: felicitatis, quoniam Verbum divinum videtur caro. T. 5. D. 7. Vid. Christus. III.

In festo S. Stephani.

Lapidatus est qui ad te missi sunt. Nascente Christo fugit purpura à mari Tyrio, quoniam illustrior rutilatura in Stephano. Illustrior & quia in flore aetatis, & quia primus inter flores. T. 11. D. 8.

In festo S. Ioann. Evang.

Sic cum volo manere. Hoc est martyrium? Et aere. Summum cruciaminis, amor in vinculis. Moti est non posse mori: & maior poena, poenis carere. T. 4. D. 9. à n. 13. T. 5. D. 5.

In festo SS. Innocentium.

Occidit Herodes omnes pueros. Oblati sunt uti munus primitiarum frugum Domini. Lev. 2. 14. De purpura, ait Plinius, anno magnitudinem implere, florem habere in faucibus, capere vivas oportere, atque colorem esse pro maiestate pueritiae. Cuncta nitent in Innocentium sanguine, effuso propter Christum ab Herode. T. 11. D. 3.

Pro Velo Sanctimonialis.

I. *Qui mandavit me, ipse vivet propter me. Hæc est in mundo vita cœlestis, in qua exponitur speculum perfectionis. Perfectio Deo dicatarum deleribitur & praescribitur in corporis clausura, in obedientia, in cordis puritate, & cunctorum bonorum temporalium renunciatione: & Christus modum essendi in Eucharistia proponit in vitæ formam, ut habeat emulatur in vita vitam. Continetur ibi corpus Christi quasi in clausura accidentium, igitur ubi non sunt sacrae species, non est corpus. Ita purum, quasi cœlicum: ita pauper, ut non sit in specie ulla substantiæ panis, sed ad oculum species ita obediens voci hominis, ut descendat in mundum ex vi verborum. T. 3. D. 9.*

II. *Iste vivet propter me. In Sacramento est vivens Christus, verum vivit quasi mortuus. Habet sensus, sed non sentit: & qui vult in vita cœlestem vitam, amulari debet formam: quoniam qui vivit cœlo, moti omnino debet mundo: secum scilicet vivens, & sine se quasi moriens: ita à sensibus & etiam sensibilibus abstractus, quasi non haberet sensus. ib. Vid. *Manus, l'essilio.**

Pro Capitulo Generali.

*Nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit erédatis. Designat tempus praesens, Nunc: praeteritum, Factum: futurum, Priusquam. Praeteritum tempus, ut intentionem Praesens ritè proponat: praesens, ut decernat; futurum, ut adruat. Factum pro memoria: Nunc pro ratione: Futurum, pro voluntate: igitur in electionibus, ut consulatur dignitatem solendari, tres hominis ibi collocandæ potentiae. T. 9. D. 3. D. 4. D. 5. & 6. Vid. T. 2. D. 1. T. 4. D. 1. T. 5. D. 10. T. 8. D. 4. *Electio, Dignitas, Indignitas, Praesens, Ambitio.**



